

AB

56676

№ 4001 *

THESES ETHICÆ,
DE PRVDEN-
TIA ET COETERIS ANI-
MAE HABITIBVS THEO-
RICIS, DISPVTANDAE PRO-

positæ Helmstadij,

21 Martij 1692

A

M. OVENO GVNTHERO PROFESSO

RE ARISTOTELICO IN INCLYTA

Academia Iulia,

Respondente

HARDVICO BRINCKMANNO SCHE-
ningensi, artium Magistro.



M. M. M. M.

HELMSTADII
Ex Officina Typographica Iacobi Lucij.
Anno M. D. XC.

Handwritten text, possibly a date or reference number, located in the upper left quadrant.

Handwritten text, possibly a name or signature, located in the lower left quadrant.



DISPUTATIO
DE PRVDENTIA, ET CAETERIS
ANIMAE HABITIBVS THE-
oricis.

A M. OVENO GVNTHERO habita, in
Academia Iulia An. 90. die 24. Ianuarij.

I.

Prudencia est anime intelligentis perspicacia, partim
naturæ ei data, partim usu & euentorum obseruatione
collecta, uia componens hominem, ut rerum presentium
atq; præteritarum ad felicitatem, aut calamitatem
obseruatis momentis, decernere possit, quid in rebus
præcticis laudabile vel vituperabile, honestum aut turpe,
utile deniq; & inutile sit.

2. Prudentia igitur omnium actionum officiosarum moderatrix
virtus est, & perfectio, rectum non modo in rebus agendis perspicuens,
sed præteritorum etiam indolem iuxta insitum honestorum & turpium
discrimen, doctrinâ illustratum, dijudicandi facultatem habens.

3. Hanc perfectè cognituro, ceteri intelligendi habitus, quos uno
nomine virtutes ἀνοητικούς vocat Aristoteles, simul cognoscendi erunt,
ne similes existentes, iudem omnino esse putentur.

4. Secundo species eius indaganda erunt, ea etenim est vniuersalis
cuiusq; ratio, ut nisi eius singularia, suis quæq; differentijs apprehendan-
tur, intellectum effugiant, quia ut τὰ καθόλου suam ὑπαρξιν habent in
singulis, ita nisi his cognitis, illa innotescere animis nequeunt.

5. Anima igitur πῶσις substantia est, cuius forma & essentia ra-
tio Νῆς est seu mens: hac duas partes seu differentias habet superiorem
& inferiorem.

6. Per superiorem siue vim siue facultatem, æternis, ac diuinis ra-
tionibus conspiciendis intenta est anima, ijsq; comprehensis, ut unico
ac conuenientissimo essentia sua pabulo adherescit, ita iucundè viuens,
ut hoc statu nec intelligat nec cupiat quicquam beatius.

A 2

Per in-

7. Per inferiorem ad temporalium curam sese demittit, abiectionibus animae partibus sensitivae & appetitivae sese copulans, vitaeque in terris feliciter degende rationibus explorandis, incumbit.

8. Unde illius perfectio & virtus theoretica: huius verò practica veritate definitur, siue negando siue affirmando eadem enunciatur.

9. Econtra geminum est earundem vitium: Vnum commune, error scilicet & falsitas, Alterum proprium practicae mentis, nempe actionum vitiositas, necessario mentis errorem sequens.

10. Theoretica igitur, seu superior animae facultas, quia tantum divinis acie sua intentia est, usque inherendo, abstractivis rerum formis imbuatur, illustratur, suoque principio restituitur, ad interiorem hominem pertinet.

11. Practica verò, quia sensui se iungit, & ad temporalia gubernanda deflectitur, ad exteriorem spectat, illa quarentem, quae brutis curae sunt. Non enim corpus solum est homo exterior, sed corpus cum quadam sibi adiuncta vita, qua compages, & omnes sensus eius ad exteriora sentiendum vigent.

12. Quicquid igitur contemplativae animae facultati obijcitur, quod non est nobis commune cum bestiis, ad superiorem ac theoreticam animae facultatem pertinet, quam Philosophi rationem, legem mentis, item interiorem hominem appellant.

13. Si quid verò eidem occurrit commune cum brutis, ad inferiorem eius facultatem nempe practicam pertinet quam utidem affectum seu ὁπεξίω, corpus, exteriorem, item terrenum hominem vocant Philosophi: aliàs sensualitas dicitur.

14. Quocirca interioris & exterioris hominis confinium commodè in his disparibus animae facultatibus constituitur, quarum una carnis, seu vitae huius periturae prospicit cupiditatibus: altera supernis, ac rebus divinis, contemplando inheret, inherendoque rudis antea existens informatur.

15. Hec tamen mens humana una quaedam ἁρμία est, tantum aliter sese habendo, & per officia disparia multiplicari videtur.

16. Theoreticam igitur, seu superiorem animae facultatem primò, deinde

inde inferiorem, καὶ τὰ ὀρεκτικῶ τῆς ψυχῆς μοεῖω sese copulantem discu-
tiemus.

17. Anima absq; inferiorum partium coniugio considerata, pura ac
sincera speculationis est principium, nullius vel acquirenda, vel decli-
nanda rei gratia, sed solius veritatis inveniendae studio districta.

18. Benè igitur Aristoteles curvae lineae eandem assimilavit, quia
foràs ad obiectum intelligibile educta, mox ratione illius imbuta in se-
ipsam reuoluitur.

19. Huius potentiae diuersae sunt species: partim ex obiectorum di-
uersitate: partim ab ipsa contemplationis forma promanantes.

20. Supremus habituum intelligentis Animae Nōs dicitur, sua ope-
ratione seu νοήσιν simplices rerum terminos instantaneo motu apprehen-
dens, qui deinde principia sunt omnium doctrinarum, & scientiarum:
cui opponitur αἰσθησις, facultatem pariter, atq; actum significans.

21. Hinc νοήσιν illae, seu principiorum apprehensiones ανευ λόγου, di-
cuntur etiam προγνώσιν, item προληψίς, seu anticipationes notionum
omnium per discursum apprehensarum, omnis enim doctrina ex rebus
praeognitis oritur, teste Aristotele in Analyt.

22. Haec tamen absq; medio seu argumento, cognita principia, per in-
ductionem seu singulorum observationem illustrantur, ita etenim ra-
tiones uniuersales verae habentur, si earundem veritas sensibus conte-
stata sit, quam alioqui Mens veluti καθόλου in semetipsam expressam
clarissimo lumine intuetur. Hinc Arist. ἀδύνατον τὰ καθόλου θεωρῆσαι, εἰ
μὴ δι' ἐπαγωγῆς.

23. Sed hoc tantum verum est de formis materiae consortium reci-
pientibus. Vniuersalia enim materiae beneficio indiuiduantur, quorum
solummodo arbiter sensus esse potest.

24. Sin verò principia eadem fuerint rerum abstractarum, aut con-
cretarum quidem, at ex sensuum contrectatione, ob remotionem effu-
gentium, mediante Argumento, id est, rationibus topicis aut dialecti-
cis certificantur.

25. Cum igitur quaedam καθόλου εἶδη κατὰ μέγεθος sensuum iudicio
exposita sint, pleraq; verò commentatione dialectica inducantur, sicut

Et rebus abstractis argumenta rerum fidem faciunt. Claret menti omnium scientiarum principia inesse, quarum veritatem vel επαγωγή ex aminet. rationes enim uniuersales insunt in singularibus, vel argumentis illustret.

26. Hæc duo, argumentum inquam, et inductio, terminis differunt, illud enim ex uniuersali notione procedit ad singularia: hæc uerò principium est uniuersalium notionum: quod Aristoteles his uerbis innuit: εκ προγνωστικῶν δε πᾶσα διδασκαλία, η μὲν γὰρ δι επαγωγῆς: ηδε συλλογισμῶ, η μὲν δὲ επαγωγή δεχῆ ἐστὶ καὶ τὰ καθόλου, ἴδε συλλογισμὸς εκ τῶν καθόλου, εἰσιν ἄρα δεχῶν ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς ὧν εἰς ἐστὶ συλλογισμὸς, επαγωγή ἄρα, id est, iam uerò ex quibusdam rebus præcognitis omnis doctrina gignitur, alia enim inductione, alia ratiocinatione comparatur. Atque inductio quidem principium est et uniuersi: Ratiocinatio uerò ex uniuersis constat: Sunt ergo principia aliqua, ex quibus constituitur ratiocinatio, quorum non est ratiocinatio, est igitur eorum inductio.

27. Mens igitur uniuersalia principia uel mediata cognoscit, mediante scilicet argumentatione, que ex uniuersalibus necitur, uel immediate, que tamen per inductionem possunt in particularibus confirmari: tantum de prima anime intelligentis facultate.

28. Posito esse quadam principia ex quibus Syllogismus necitur que non possunt per alium Syllogismum cognosci, sed sola mente percipiuntur, inductione tamen confirmantur, restat nobis consideratio habituum ex simplicium eiusmodi terminorum iunctione, uel distractione orationem efficientium, et sic uerum à falso, bonum à malo separandi facultatem habentium.

29. Animam igitur γνωστικὴν perfectientium facultatem ^ἡ ~~om~~ menti proxima est scientia. Hæc ex prænotionibus illis immutabilibus, immotas conclusiones per discursum architectatur. Vnde rectè uocatur ἐξῆς διαλεκτικῆ.

30. Hinc colligitur, illa solum ὄντα esse ἄπληκτα que sunt αἰδια, καὶ ἀφθαρτα et ἀφθνήτα, id est perpetua et incorruptibilia, que enim perpetuatis constantiam mutant, scientia terminis astringi nequeunt.

31. Præterea inest anime alia ueritatis apprehendende uirtus, nempe

nempè δόξα, superiori affinis, sicut enim illa ex perpetuis & immotis
premotionibus conclusionem inducit immotam, ita hæc ex rerum muta-
bilitum occurſu mobilem incertamq; conceptionem colligit.

32. Est tamen opinionis gemina ratio, una per Syllogismum ex ve-
risimiliorib. præcognitis constructum inducta, diciturq; ἰαυεγὴ, seu
firmata opinio, cui pernicaces nonnulli, & τὰς θεοῦ Φυλακίοντι equè ac
ipsi scientiæ habitui adherescunt, de quorum numero Heraclitum acce-
pimus, nihil quidem scire asserentem, opinionum tamen commentis per-
inde ac demonstrationum conclusionibus innitentem.

33. Altera ob paria in utramq; partem veritatis momenta, unam
assertionis partem, repudiata altera accipit, hæc dicitur δόξα ἡγεμαῖα, id est
remissa opinio, ἐπιχὴ academica potius, quàm stabilis veri ratio
existens.

34. Ultima intelligentiæ virtutum est sapientia, cuius homonyma,
cum una voce variam rationem contineat initio explicanda.

35. Primò enim significat iudicij perspicuitatem, qua præditus quis-
piam suæ artis ac professionis tam principia quàm principia solerissi-
mè novit, diciturq; talis solertiæ respectu κατὰ μέγιστον σοφῶν, ipse verò
habitus ἀρετὴ τέχνης ἕνεκα, id est, perfectio certæ artis, sic verbi gratia,
σοφῶν τὰ γεωμετρικὰ: μαθηματικὰ vocatur, qui est rerum geometrica-
rum vel Mathematicarum gnarus.

36. Secundo, etiam pro ipsa prudentia accipitur, ut sapiens prin-
ceps, item sapiens medicus, pro eo quod est prudens medicus, prudens
princeps.

37. Tertio, & quidem propriè significat rationalis animæ habitum,
quo præditus omnium rerum intelligens, id est, ὅλως σοφῶν dicitur, non
vnius tantummodò artificij gnarus, talem Ho: in Margite his verbis de-
pingit: Diuum is munere, nec foffor, nec durus arator:
nec sapiens, alià aliqua in re. Antapodosis est omissa, quæ hæc erat, Sed
rerum omnium æquè intelligens. sicut enim sapientia particulariter
sumpta, artis suæ principia, & causas omnes perspicit: ita verè σοφῶν
omnium rerum ἀναπόδεικτα principia novit.

38. Hic animi habitus supremus est, ipsa scientiarum principia ap-
prehen-

prehendens, actūq; reflexū, veritatis rationem eorundem examinans, sine vlla subiectorum accommodatione.

39. Dupliciter igitur discrepat à scientia itidem principia demonstrationis apprehendente. Primo quod hæc absolute consideret principia demonstrationū seu ἡ ὄντα, id est, quatenus sunt ἀπείκαστα εἶδη, nihil pensi habens, huic ne an illi, aut omnino non insunt subiectis: Scientia verò quatenus certo subiecto applicantur, & sunt aliquid in aliquo.

40. Secundo, quia sapientia scientiam perficit, dum ipsorum etiam principiorum rationem reddit divina quadam perfectione. Scientia verò tantum à mente suppeditatis principijs consentaneas conclusiones astruit, ipsa verò principia ἀνυπόθετα esse statuens.

41. De hoc sapientia munere ita Arist: Δεῖ ἄρα σοφόν, ἔ μόνον τὰ ἐκ τῶν δεχῶν εἰδέναι, ἀλλὰ ἔ περὶ τὰς δεχὰς ἀληθεύειν, ὡς εἴη ἂν ἡ σοφία, νῦς, καὶ ἰσιότης, ἔ ὡς περ κεφαλὴν ἔχουσι ἰσιότης τῶν λιμωιάτων, id est, oportet sapientem non solum scire ex principijs inducta, sed etiam circa principia veracem esse: fuerit idcirco sapientia, Mens & scientia, & quidem scientia capite adaucta, rerum honoratissimarum.

42. Ideo autem sapientia omnia principia dijudicat, quia scientia suis limitibus circumscripta non examinat suorum principiorum vim & momenta: sed inde collectorum constantiam, veritatis trutinat regulā. quod si quis usurpati principij fidem labefactet, aut pernicacia quadam rationem exigat, illum ut responsione indignum repudiat, quod Arist. his verbis exprimit: πρὸς τὸν ἀνέλοντα τὰς ἀρχὰς ἔ λεκτέον.

43. Si tamen principiorum patrocinium suscipiat, non amplius iam scientie crepidine circumscriptum cohibet sese, sed in sapientie stadio iam versatur: sublimiore quippe mentis habitu τὸ διότι explicans, eius, quod communi assensu ita esse statuitur, ignoratis tamen causis.

44. Hinc sapientia ex duobus animi facultatibus composita esse rectè dicitur, mente scilicet & scientia, tam enim principiorum quàm horum complexu contentorum rationem perspicit.

45. Huius sapientie siue magistrum, siue professorem illa Philosophia pars efficit, quam Metaphysicam, item Theologiam, vel primam Philosophiam nominamus, omnium notionum animi cardinem, & apicem exi-

cem existentem, cuius excellentiam celebrans Arist. vocat eam δεξιω-
τάτην ἢ τιμιωτάτην, cardinem veritatis, nonnunquam σοφίαν.

46. Hanc Galenus etiam lib. vlt. de usu part. κατ' ἐξοχλήν vocat
Philosophiam, quæ toti Medicina sit preponenda, nihil morans dignitati
huius obgrunnientium impuras voces, quod enim humanitatis pesti, a-
uaritia inquam, & ambitioni mancipatum est, id huic germanæ huma-
nitatis sincerae magistrae amicum esse nequit.

SECUNDA PARS.

De anima iungente sese inferioribus facultatibus.

47. Hæc de anima γνώστης virtutibus separatim speculationi rerum
incumbendo seipsam perficientis dicta sint. sequitur ut de eadem associ-
ante sese inferioribus, sensitivæ inquam & appetitivæ potentijs dissera-
mus. Sunt enim tria in anima; gemini eius muneris efficiendi, verita-
tis sc. et actionis officiosæ principatum obtinentia: Mens, sensus, & ὄρεξις.

48. Mens emicans extra essentia sue simplicitatem, primò sensui
veluti nobilitate sibi proximè attinenti sese copulat, eo fine, ut instituti
veri rationes expeditius apprehendat, & sensuum comperimentis con-
sentaneas deprehensas pleniori assensu complectatur.

49. Sensus enim communis, quinq; particularium sensuum ministe-
rijs perceptas sensiles species, componendo similitudines earundem τὸ ὁ-
λοῦ efficit, hoc ipsum menti exhibet, inde relictis sensibus καθόλου, id est,
universales notiones architectanti.

50. Hinc intelligitur sensum non esse actionis officiosæ sed γνώστης
principium, ex gemina promanantis causa, mente sc. & sensu: alioqui
etenim bruta moratas actiones ederent, cum non minus ac homo, imò
acrioribus sint instructa sensibus.

51. Tertia & quidem ignobilissima facultas animæ ὄρεξις est, gemi-
na actionis, nempe τῆς φύσεως ἢ διώξεως principium existens.

52. Appetitus huius περὶ τὸν δειλίον, geminum est, duabus siquidem
differentibus anima partibus inheret, τὸ ἰσχυρὸν ἢ τὸ ἰσχυρομηλικόν,
idcirco & ipsa ὄρεξις duplex est ἰσχυρὴν sc. & ἰσχυρομηλικήν, quarum illa
irascendo, hæc cupiendo persequitur, aut fugit obiectum.

B

Cum vira-

53. Cum utralibet sese copulans mens, non solum est fuga aut persecutionis, seu negationis & affirmationis principium, Sed gubernando ὀρέξεως effusum ac brutum impetum proeresin gignit, quæ est de bonis eligendis, & malis fugiendis βελευτικὴ ἔξις.

54. Pateat igitur λόγον ἀληθῆ, καὶ ὄρεξιν ὀρθλὴν esse mentem practicam, seu principium gubernans actiones Ethicas, quam mentem seu veritatem practicam comparat Arist: lineæ rectæ, emicans enim extra essentia suæ simplicitatem ad rerum gerendarum rationes in seipsam non reflectitur, sed in externa actione expirat, unde Ἀγνοία ἐνεκά τινος dicitur.

55. Porro sicut proeresis est principium actionis: ita θεωρητικῆς principium est λόγος καὶ ὄρεξις. λόγος inquam non Theoricus: in seipsam recurrens, sed practicus, id est, finem aliquem exterius positum prosequens.

56. Quod autem proeresis non ab alterutro horum principiorum, sed ab utroque simul causetur, inde accidit, quia sola ratio non mouet ad actionem foris positam, sed in ipsa speculationis ἐνεργείᾳ, ex sese ad res, à rebus in seipsam remeans, veluti in circulo quodam identidem sese versans, voluta ac reuoluta expirat.

57. Sed ita demum actionis motrix incipit esse, si ὀρέξεως desiderio sese iunxerit, illudque in rerum fugiendarum & persequendarum studio dirigat. cuius respectu dicitur Ἀγνοία ἐνεκά τινος, quia ὄρεξις finem extra sese respicit, cuius rectæ rationis moderamine particeps redditur.

58. Gemini principij huius respectu, duplici nomine efferrî potest θεωρητικῆς, respectu enim rationis dicitur Νῆς ὀρεκτικῆς. ὄρεξιν verò considerando appellatur ὄρεξις Ἀγνοητικὴ.

59. Actio igitur ab hac facultate anime proficiscens, proaerica nominata, beatitudinem seu perfectionem hominis continet, in medio loco eundem inter Deum seu beatos spiritus, ac bruta collocans, illis cedentem: hæc præstantiâ superantem, illi siquidem diuini & æterni existentes, solis diuinis & æternis inhaerent, hæc terrena caducaque, nil nisi caducum ac perituri corporis præsidium querunt.

Virisque

60. Virisq; Medius interpositus homo, mente diuinus existens, corpore terrenus, illius ductu diuinitatis amulus est, huius impulsu rabidi corporis cura immoritur, habitu tamen proaretico gubernata.
61. Apparet igitur προαίρεσις esse consultationis, seu deliberationis energiam rerum ad hominis bene beateq; viuere capientis, commoditatem spectantium. Quocirca harum descriptione naturam illius explicatiorem efficiendam existimo.
62. Rerum sub actionem cadentium triplex est ratio: alia sunt praeterita, alia futura, & his interiecta praesentia.
63. Primo id constat, praeterita ne Dijs quidem consultantib. infecta reddi posse, quare de talibus non est proairesis.
64. Deinde & hoc communi assensu firmatum est, praesentium non iudicium sed sensum esse arbitrum. Vnde & hic excluditur consultatio.
65. Sequitur igitur προαίρεσις seu consultationis habitui, si non versetur circa τὸ γαρονός, nec etiam circa praesentia, cum haec sensui subiecta sint, futura eidem obnoxia esse.
66. Hac porro vel ita affecta sunt, ut non nisi uno modo tractari & peragi possint, vel pro deliberantis iudicio aliter atq; aliter expediri valeant, illius generis sunt res aeternae & uniformes, ut ortus & occasus syderum, hyemis & aestatis vices, adolescendi senescendiq; perpetuitas, de his non est deliberatio.
67. Huius generis sunt pacis vel belligerendi ratio, Rerum publicarum ordinationes, ad usum cultumq; vitae pertinentium prouisio harum & similium rerum proprie asserimus consultationem esse. Vnde Arist: dicit: βέλδοσι seu proairesin εἶναι ἐν ταῖς ἐνδεχομέναις ἄλλως εἶναι, τὰν ὑφ' ἡμῶν, id est, consultationem seu proairesin esse rerum aliter atq; aliter eueniendi sortem obtinentium, & quidem in nostra potestate positarum.
68. Contingentium eiusmodi rerum duplex ratio est, alia in actione consistunt, alia verò operis effectiorem respiciunt, illarum περὶ αἵμα, harum ποιήσις propria est, utraq; à suo ac peculiari deliberationis habitu regitur.
69. Ἰὼ ποιήσις ars moderatur, hac enim si deliberando non erret, o-

pus producit artificiosam: unde definitur ars, habitus ποιητικὴ μετὰ λό-
γῳ, operis enim scitè efficiendi deliberationem moderatur, ac rectam
efficit, cuius contrarium est inertia, id est, operis efficiendi ὀρεξις fal-
se rationi iuncta.

70. Προβλεψὶς verò moderatrix facultas est prudentia, discursu quo-
dam discernens, quid agi aut non agi, eligi aut reijci expediat.

71. Sunt autem res in electione, aut fuga posita, id est, omnia πρακτικὰ
ὄντα duplicia, aut enim sunt ipsi fines aut sunt τὰ καθ' ἑαυτὰ, seu res ad fi-
nem perducentes, illi sunt uniuersales rationes, seu meri animi conce-
ptus, hæc verò sunt ὄντα rebus inherencia.

72. Duplex igitur est prudentie ratio, una de communibus, & ab-
stractiuis bonis, constituens quid expediat homini bonum πρακτικὸν sibi
proponenti.

73. Vocatur autem abstractiuum illud πρακτικὸν ἀγαθὸν καθ' ἑαυτὸν, seu
uniuersale ἐφ' ἑαυτῶν, id est, per se consideratum, abstractum à rebus:
Quia verò non extat notior aliquis terminus, per quem probari possit,
rectè ὀρεξὶς dicitur, in quo βελευσις tanquam meta, & actionum prin-
cipio immoto acquiescit.

74. Hac præditus dicitur ἀπλῶς εὐβελῆς, id est, absolute prudens,
hunc Arist: ita definit: ὁ δὲ ἀπλῶς εὐβελῆς, ὁ ἔστι ἀρεστὸς ἀνθρώπων τῶν
πρακτικῶν συχαστικὸς καὶ λογισμῶν, id est, absolute bonus consultator is est,
qui bonorum positorum in actione, id quod homini optimum est, ratione
consequi, & explicare potest.

75. Altera de rebus singularibus consultrix est facultas, decernere
quippe valens, quid plurimum singularium maximè ad institutum finem
perducat, quid verò ab eodem abducat maximè.

76. Quia verò in huius inuentione omnis consultatio practica expi-
rat, rectè dicitur ἐσχάτων, id est extremum à quo practico Philosopho a-
gendi exordium deducitur, quod enim in consultatione vltimum est, id
in agendo primum existit.

77. Sicut autem uniuersalis prudentia Theorematum, ac præceptio-
num generalium notio quedam est abstractiua, & discendi progressio-
ne colligitur: ita particularis hæc prudentia singularium euentorum
peritia

peritia quaedam est rebus coniuncta, discernendi τῶν περὶ αὐτῶν momen-
ta, usu frequenti comparata.

78. Dicitur autem particularis, quia ex singulatim particularium
actionum momentis observatis colligitur, cum ipsa nihilominus uni-
versalis existat, quia universale illud περὶ αὐτῶν, particularibus sensioni-
bus per εὐθελίαν collectum apprehendit: Universale inquam non sepa-
ratum, id est, finem ipsum sed rebus concretum:

79. Hoc universale ab Aristotele vocatur καθόλου τῶν περὶ αὐτῶν. a-
liās ὅλον seu totum, sicut enim totum physicum constat suarum partium
concretionem, ita ὅλον hoc περὶ αὐτῶν ex particularibus sensuum comperi-
mentis collectum est, nihil aliud existens, quam consultationis recta
conclusio, sensu communi inducta, quem idcirco βελευτικὴ φαντασίαν
nominat Aristoteles, item κωμῶν αἰσθησιν, notionem verò eius γινώσιν
αἰσθητικὴν.

80. Hac particulari rei medicae prudentia praeditus, dicitur ab effi-
ciente causa empiricus, sicut eiusdem universaliter εὐθελῶς seu sci-
ens, dogmaticus.

81. Neutrius prudentiae speciei separata ab altera praestantia aliqua
esse potest, nec alterutra praeditus, destitutus altera, omnes egregij
medici numeros explere potest: Empiricus enim τῶν καθόλου λόγων in-
scius est, Dogmaticus experientiae caret oculo, quid pro re nata aegro mā-
dandum, vel interdicensum sit, quomodo vel recedendum, vel inhaeren-
dum universalibus artis Aphorismis haesitans, titubans, errans.

82. Perfectum igitur medicum utroque prudentiae habitu instructum
esse oportet, perspicacia inquam universalium theorematum, & singu-
lorum casuum peritia, observatione comparata: nam circa utrumque errare, ac
decipi mentem contingit. Unde Aristot: ἀμαρτάνεται ἐν τῷ βελεύεσθαι ἢ περὶ
τὸ καθόλου, ἢ περὶ τὸ κατὰ μέρος. Hisce duobus quasi cruribus non firma-
tus medicus, ab eo plus periculi, quam à morbo ipso metuendum aegris.

83. Has duas prudentiae species ad civilis vitae consuetudinem tra-
ducendo, dicimus particularem prudentiam esse singularium actionum
peritiam quandam ex variorum casuum observatione collectam: Uni-
versalem verò, universalium rationum honestorum ac turpium per sese
consideratarum perspicaciam.

84. Hac vniuersali notione praeeditus ὅλως Φρόνημα & dicitur, item Philosophus, Rex, Architectus, politicus, ipse habitus sapientia, item κατὰ τὴν Φρόνησιν, seu vniuersalis prudentia, item politica.

85. Requiritur & horum habituum in perfecto societatis Rectore copulatio, alterutro destituito infeliciter communis boni committitur procuratio.

86. Sola enim prudentia succinctus, Reipublicae munera ordinans, officia ciuium describens, vix laudem merentibus aggregandus videtur, dum enim vniuersalis ac veri boni communem ignoret rationem, pacem ad quam omnes leges tendunt, constituere nequit, haec enim in sola honesti officijs deuincta multitudine colitur, quorum dispensandorum facultas penes solos Philosophos est.

87. Solo etiam sapientiae habitu ipsis honesti rationibus innitens: & ad eas recto ductu, veluti pacis ac otij communis arcem perducens societatem, rebelles citius quam obsequentes efficit ciues, alij etenim alio modo ad honesti respectum traducuntur, & ex malis boni fiunt, quod totum prudentiae est, actionum singularium ad finem tendentium momenta comperta habentis.

88. Harum perfectionum anima, vtra melior si queratur, dicimus vtramque suo iure praestantiae laudem sibi usurpare, particularis prudentia estimationem meretur, agendi solertiam considerando, quae singularium est.

89. Vniuersalis verò cognitionis nomine celebratur. Rerum enim in actionem venientium rationes, et σοίας vniuersales intuens, perspectasque habens, discernit, quo res quaeque loco habenda sit, quem ordinem in serie rerum quodque negotium, ratione dignitatis teneat, vel saltem tenere decebat.

90. Si tamen ad exactam utilitatis trutinam reuocanda sint, videtur particularis prudentia vniuersali preferenda, tota enim practica est, & agendo experientiam ut rectitudinis normam sequitur: Vniuersalis verò in ipsa speculatione officiorum defixa, nunquam in agendi palaestram descendit.

91. Illa igitur cum aliquantulum agat, illa verò ne conatus quidem actionis

Et ionis suscipiat, utilior est & potior, utpote fini propinquior, quod Aristoteles ita expressit, ὡςτε δεῖ ἀμῶν ἔχειν ἢ τῶν τῶν μᾶλλον, id est, quare utraq, assumenda est, aut haec (particularis) praecipue.

92. Qui utraq, prudentiae specie praeditus est, is verè & absolute Φρόνημ & dicitur, & iure princeps Reipublica vir habendus, quippe tam ultimorum, quam subordinatorum finium perspicax, id est, bonorum omnium in vita praestantissimum cognoscens & ordinem ceterorum, quibus vitendum est perspicuens.

93. Gemini habitus huius respectu duplici etiam nomine effertur: Ultimi finis constituendi solertiam respiciendo dicitur Nomothetes, ipse verò habitus νομοθετικῆ. Eius verò consequendi facultatem attendendo, politicus dicitur, generico, pro speciali nomine sumpto.

94. Nomothetica igitur prudentia, politicam veluti superior ἢ δεξιτικῆ, inferiorem moderatur, ociosa quidē ipsa existens, at inferioribus magistratibus, id est, πολιῖς, quid agendum sit praescribens, perinde ut gubernator navis munera nautica non tractat, nec manum clavo admonet, sed nautis eadem tractanda distribuit.

95. Est igitur Architectonica haec seu nomothetica prudentia tantum βασιλικῆ, agenda etenim perspicit & ordinat, immunis ipsa existens, de qua ita Plato in Polit. τῶν ὄντως ἔσων βασιλικῶν ἔκ αὐτῶν δεῖ πριάτῃν, ἀλλ' ἀρχῆν τῶν δημοδύων πριάτῃν. γνώσκουσαν τῶν δεξιῶν τε, & ὄρμην τῶν μεγίστων ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐγκαιρίας τε πρὸς, ἢ ἀκαιρίας τε, πῶς δ' ἄλλας (Ἰπισήμας) τὰ πρῶτα χεῖρα δρᾶν.

96. Politica verò specialis βαλευλικῆ pariter & πραιλικῆ est, seu δικαστικῆ, id est, iudicij exercendi solertia. Ideò autem πραιλικῆ, quia illa praediti tanquam operarij quidam, τὰ πρῶτα χεῖρα, id est, mandata negotia iuxta legum praescripta expediunt.

97. Βασιλικῆ quia uniuersaliter latis leges casibus singularibus rectè accommodat, illis verò quae lege uniuersali ab architecto definiri ac constitui non potuerunt, consilium adhibet, statuta ac decreta facit, vim legum obtinentia.

98. Quia verò inferiores hi magistratus politica prudentia praediti, consultationis quadam dexteritate pollere videantur, & simul tam sua decre-

decreta quam legum ab Architecto latarum iussa exequuntur, vulgus nominat solos politicos solos prudentes, solos πολιτικούς, communemq; civium salutem tueri.

99. Sed errat longè: verè enim hisce præcellentior est Nomothetes, huiusq; prudentia sublimior & dignius officium, quia hic naturam negotiorum, ac rerum perspicendo, quodq; suo ordine ac gradu ratione dignitatis & momenti ad vitæ beatæ constitutionem locat, & cum foriè utilia simul omnia obtineri nequeant, quæ quibus anteponenda, quid ommissis ceteris præ omnibus unum retinendum, solidis rationum momentis docet, & legibus exprimit.

100. Præterea tam artificiorum, quàm disciplinarum omnium vim, ad corrumpendum vel iuvandum optimum Reipublicæ statum, quibus maximè indigeat libera civitas, & πολιὰς ἐκείνης μαρτυρεῖν, & μετρητικῶν αὐτῆς ἀγαθῶν.

101. Non enim artium ac disciplinarum omnium una eademq; ratio & natura est, sed quedam illarum per se necessariae sunt, quedam verò tanquam subsidiariae, & adminicula assumuntur, ad extremum illum civilis vitæ terminum attingendum, ab Architecto propositum ordinante, ac utente singularum officijs tanquam subsidiarijs operis, ad summum illum ac præstantissimum finem obtinendi commoditatem.

102. Omninò igitur Architectonica hæc prudentia superior est, & officio dignior, rerum quippe rationes æternas, ac invariabiles cognoscens, cognitio ordinem assignans, quo res quæq; in uniuersa experibilibus serie habenda sit, quoq; ordine singule vel sumenda vel respuenda, legibus latas, præcipiens.

103. De hac eius eminentia idem Plato in politico: ταύτην δὲ Πρωτοπέγουσαν ἀρχὴν συμπασῶν τῶν ἄλλων, id est hanc procuratricem disciplinam oportet omnibus alijs imperare.

104. Quia verò prudentia uniuersalis non sui ipsius, sed publicum bonum querit, rectè dicitur Προβουλευτικὴ πρὸς ἅλλων, & est duplex, una politica querens totius civitatis optimum statum, aptisq; medijs eandem prosequens.

105. Altera œconomica dicitur, suæ familiæ rectè consulens, potissimum bo-

num bonum uniuersali ratione, deinde particularia media comminiscendo, eius potiundi viam inuenit, & ita prudentia vocatur particulari nomine.

106. Est igitur prudentia hæc œconomica particularis, perinde uero & politica specialiter dicta βελδελικὴ simul & πρακτικὴ, natura unus & idem habitus existens, respectu tantum differens, sicut unum est, quo corpus nutritur & quo augetur, nempe uinum, duplicis saltem inherens facultatis ratione ὑπερτικὴς scilicet & ἀνεπιτικὴς geminatum.

107. Porro vulgus prudentiam alijs consulentem, siue in politica siue in œconomica societate negat prudentiam esse, sed potius curiosam quandam animæ occupationem, unde illud & similia: Odi sapientem qui sibi non sapit.

108. Ratio est, quia vulgus ad pastum, uentrisque curam, abiectum, nihil altum, nihil generosum sapit vel cernit, ideoque solertiam proprijs usibus consulentem, existimat prudentie rationem in se cohibere totam.

109. Sed falsò ita statuit: est quidem iudicij ista acrimonia sibi ipsi consulens prudentia, neuiquam tamen sola, neque etiam optima, sed eandem appellationem recipiunt etiam superiores duo habitus, Oeconomica & politica.

110. Dicti igitur tres habitus προνοίας πρὸς αὐτὸν, Deinde προνοίας πρὸς ἄλλους gemina est, una Oeconomica altera politica societate iunctis, existens consulens, hanc communem generis rationem obtinent, quod sint habitus βελδελικοί, boni, practici: Sed ratione tripartiti obiecti, cuius commodum querunt, discrepant.

111. Hæc communis prudentie ratio, triplici officij genere sese explicantis, apparet in homine etiam solitario, animi pariter atque corporis bonis sese instruente, hic non modò uidetur προνοίας πρὸς αὐτὸν, id est, sibi ipse prudens esse, sed etiam familie, item societati prudenter consulere, cum illi patremfamilias animæ pariter atque fortuna bonis instructum exhibeat, huic uerò commodum, ac locupletem ciuem.

112. Accedit & hoc, quod praxis, in cuius ratione tota prudentia natura fundata est, non nisi in aliqua societate exerceatur, nempe œconomica uel politica. Omnino igitur πρὸς αὐτὸν erit uel in œconomica uel politica societate.

Ἰσονομία C

Ideo au-

113. Ideò autem prudentia ratio in praxi fundata est, quia est euen-
tuum observatio, quamlibet actionem siue æconomicam siue politicam
secutorum. Admodum igitur consentaneè dicitur ipsam esse vel æcono-
micam vel politicam.

TERTIA PARS.

De prudentia rerum ac negotiorum per- actorum.

114. Dupliciter deliberatur $\omega\epsilon\iota$ τὸ πρᾶκτῶν: primò, expediatne agi
vel non: Deinde, quo iure quodlibet negotium iam peractum, nitatur.

115. Prudentia igitur duplex est: una, de rebus postmodum tra-
ctandis: altera de rebus ac negotijs peractis: de illa hucusq; egimus, de
hac modò disputatio instituenda nobis.

116. Prudentia seu consultatio de rebus peractis est deliberantis a-
nimæ facultatis $\omega\gamma\gamma\omega\mu\alpha\varsigma$, decernens quo iure vel iniuria quodq; dictum
vel factum sit.

117. Consultationis huius conclusio dicitur iudicium seu $\kappa\epsilon\iota\mu\alpha$, estq;
gemina, una, moderata $\kappa\alpha\iota$ $\delta\iota\mu\epsilon\tau\epsilon\rho\upsilon\sigma$, altera rigida.

118. Moderata seu equitate temperata censura est summi iuris seu
 $\alpha\alpha\rho\iota$ $\epsilon\omicron\delta\iota\kappa\alpha\iota\varsigma$ moderatio quaedam, oblatum dictum vel factum non iux-
ta præscriptæ legis apicem disceptans, sed per quandam collationem cum
personis, temporibus, locis, alijsq; circumstantijs exponens.

119. Quod omninò ad præclarum negotiorum arbitrum pertinere
Celsus testatur, inquiens: benignius leges interpretande sunt, quo vo-
luntas earundem conseruetur.

120. Habitus autem gubernans, ac moderans eiusmodi iuris rigorem,
dicitur Aristoteli $\gamma\omega\mu\eta$, id est, sententia: eius perfectionem ac rectitu-
dinem qualemcumq; consecuti, $\epsilon\upsilon\gamma\omega\mu\omicron\nu\epsilon\varsigma$, quasi in sententia dicenda re-
ctè inter æquum & iniquum ponderatis omnibus circumstantijs iudica-
re valentes.

121. Consideratur autem $\gamma\omega\mu\eta$ hæc primò in contractibus $\epsilon\iota\kappa\sigma\iota\omicron\iota\varsigma$,
nulla offensa, vel inæqualitate interueniente, nihilominus tamen uni
plusculum, quam per legum dispositionem rigidam habere potuit adiu-
dicans.

dicans, subtrahito alteri, diciturq; habitus talis proprie εὐνομίη, quam-
uis sepe generis retineat nomen.

122. Amplectentes autem κρείσιν eiusmodi εὐνομονικῶν, ut humani
& societatis studiosi assolent, dicuntur μέτεροι, id est, moderati homi-
nes, sunt enim οἱ Ἰπικεῖς in sui iuris disceptatione ubiq; ἐλαττωτικοί.

123. Secundò in contractibus ἀκροῖσις, & ita proprie συγγνώμη ap-
pellatur, id est, consultia ac prudens venia indulgentia, quæ nihil aliud
est, quàm κρείσις ὀρθή, seu rectum iudicium de æquo & bono circa com-
missam inequalitatem, à lesò iudici ex æquandam commissam.

124. Cum autem infinita penè temporum, personarum, locorum, quo-
rum consideratione æquitas iudicij adhibetur, sit varietas, animi hæc
dexteritas seu γνώμη, nullis vel præceptorum cancellis, vel artis crepi-
dine circumscribi potest, quin in horum iudicium hoc Ἰπικεῖς mutabi-
le est, toties sibi ipsi dissentiens, quoties negotium unum idemq; separa-
tim existens, rei huic vel illi iungitur.

125. De hac iuris versatili, & inconstanti natura ita Plato in Polit:
ἔκ ἂν ποτε δυνάμει τότε ἄριστον, & δικαιότατον ἀκριβῶς ἅμα πᾶσι πει-
λαθῶν τὸ βέλτιστον Ἰπικεῖται, αἱ γὰρ ἀνομοιωτήτες τῶν ἀνθρώπων & τῶν πρά-
ξεων, & τὸ μηδέποτε μηδὲν ὡς εἶπᾶν ἐπὶ τῆς ἡσυχίας ἄγαν τῶν ἀνθρώπων ἔ-
δειν εἴσιν ἀπλῆν ἐν ἕδρῃ πρὸς ἀπάντων, καὶ Ἰπικεῖς πᾶντα τὸν χρόνον ἀποφραίνε-
αὶς τέχνῃ ἔδει ἠντιεῖν.

126. Minimè igitur æquitatis huius dispensatorem rudem esse, sed
multiiuga rerum scientia, varioq; usu absolutum esse oportet, cum ei
ex diuine potius sapientie thesauro, quàm ex apparentibus præscripti iu-
ris verbis sententia proferenda sit.

127. Non enim ius seu leges per se & simpliciter considerata, iusta
vel iniuste sunt, sicut nec in medica arte, res vllæ salubres, aut insalu-
bres sunt, sed usu definitæ, ac negotijs accommodata, ijsq; congruentes,
quod totum est in peritia accommodantis, & vrientis, non in natura le-
gum.

128. Non igitur ciuilibus prudentie doctrina legum cognitione con-
stat, sed potius in hac incidentibus negotijs easdem accommodandi fa-
cultate, primi latoris intentioni consentiente. Quod Celsus hoc pro-

nunciato innuit: leges scire, non est verba earum tenere, sed vim & potestatem.

129. Qui verò verbotenus consideratis legibus sententiam proferunt, ut ab equitate alieni sunt, ita iudicando legi, ubiq; summam equitatem respicienti, fraudem faciunt humanitati vim inferunt, otium commune turbant, iura diuina & humana peruertunt.

130. Fit autem fraus legi, teste Vlp. ubi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit.

131. Quod si ignorantia ita leges interpretentur, rei cuiusq; alterius potius, quam Iurisperiti habendi: sin scientes indigni sunt iudicis munere, quod totum in equitatis dispensatione, veluti cardine vertitur. Grauisime etenim Modestinus dixit: Nulla iuris ratio, aut benignitas equitatis patitur, ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus, ad seueritatem.

132. Tota igitur Iurisperitia nihil aliud est, quam iudicij acrimonia, leges singulas ex contemplationis quasi speculo in ipsum actionis puluerem educendo, oblati casibus equitatis temperamento aptandi.

133. Nec ipsa equitatis ratio in alio sita est, quam in hac rebus leges accommodandi solertia, arte modica, facultate verò amplissima existente. Vnde ut breuiter ita grauisime vis eius & essentiae ratio hoc verborum abrupto à Celso enunciata legitur: Ius ars est equi & boni, volens annuere, nullam omnino iuris interpretationem recte fieri non adhibita boni & equi censura, quam Iustinianus idcirco recte nominat sapientiam gubernatiuam: constit. 98. in princip. tantum de aqua negotiorum censura.

134. Porro etsi rerum peractarum arbitris adhibitis, ubiq; in proferenda sententia ad hoc equum ius respiciendum est, secus facientes seuitiae & crudelitatis nomine odio digni sunt: tamen ratio postulat, ut & rigidam censuram explicatione persequamur.

135. Rigida $\kappa\epsilon\gamma\iota\lambda\alpha\chi\eta$ $\Phi\epsilon\delta\omicron\nu\eta\sigma\iota\varsigma$ est, quae iudicat secundum ipsas leges, quarum appellatione continentur statuta, plebiscita, principum placita, consuetudines: Id rectum prauumq; sine ullo temperamento enuncians, quod

quod ipsis legum verbis decisum est, diciturque generali nomine σοφεία, id est, intelligentia, cuius oppositum est ἀσοφεία.

136. Hæc autem σοφεία non est scientia vel opinio generalis, alioqui omnes scientes vel opinantes forent σοφοί seu prudentes in sententia dicenda, quod experientia contrarium est.

137. Neque etiam specialis aliqua scientia dici potest, puta γεωμετρική, vel ἰατρική, aut δεξιμική: talis enim scientia versatur circa res æternas vel mutabiles quidem at non in potestate nostra sitas, quod est contra σοφείας naturam: hæc enim versatur circa res mutabiles, & de quibus dubitari possit, rectè ne an vitiosè peractæ sint: In nostra item potestate sitas. Dicti verò scientiarum habitus, nullum principium in homine reperiunt, ut illorum res seu obiecta sint, sed tantum ut cognoscantur.

138. Obiectum igitur spectando, σοφεία idem est quod prudentia: uterque siquidem habitus versatur circa τὸ πρακτικόν, de cuius rectitudine dubitari ac consultari possit.

139. Differt tamen à prudentia sicut species à genere, prudentia enim de quolibet negotio ambiguo tam præterito quàm suscipiendo consultat, habetque hunc finem, ut hominis προαίρεσιν actionem molientis dirigat, & conclusum προβλεπόμενον actioni mandet, κριτική non modo, sed etiam βελδλική ἢ Ἰπτατική existens.

140. Σοφεία verò seu intelligentia tantum est præteritarum rerum κριτική δυνάμις rigida, non etiam instantium βελδλική ἢ Ἰπτατική, pura quippe & absoluta arbitra facultas existens, quo iure aut iniuria rigidè iudicando, quoduis dictum vel factum nitatur, eiusque ὀρθότης εὐξυνεσία dicitur.

141. Duæ tamen prudentiæ species, nempe βελδλική ἢ Ἰπτατική longè præcellentiores sunt quàm κριτική, semper quippe & in omnibus actionibus necessariae existentes, cum nihil inconsultum agere deceat bonos viros. Deliberatum verò diu, sine mora exequendum est.

142. Sed κριτική δυνάμις tantum per accidens necessaria est, si nimirum βελδλική ἢ Ἰπτατική facultates suspectæ fuerint.

143. Quidam existimarunt, σοφείαν cum non sit perfectus prudentiæ habitus,

habitus, esse tamen eius acquirendi rationem ac solerziam quandam, cuius actus seu energia sit λαμβάνειν τὴν Φρόνησιν: sed falso ita definiuntur σωέσις.

144. Sicut enim in theoreticis σωέσις est ipsa Theorematum cognitio, & discipuli σωιένοι dicuntur, non cum discunt (hoc enim est μάθησις) sed cum in cognita per actum reflexum, speculationis acrimoniam defigunt: ita in practicis materijs, σωέσις non ad acquisitionem, sed ad usum acquisita prudentia pertinet, seu ut clarius dicam: σωέσις non est animæ ratiocinantis energia, qua prudentia habitus parandus sit, sed quæ ex habitu, tanquam actus secundus procedit, rectè de peractis negotijs iudicans, τὸ εἰρηθὸν legis respiciendo, cui nec fraudem facit, nec eadem contrarium aliquid statuens.

De communi genere omnium specierum prudentiæ.

145. Explicatæ hæcenus quatuor animæ deliberantis species, omnes uno prudentiæ nomine, ut proprio ac vernaculo genere continentur: imò etiam ipse νῆς πρακτικὸς, quia prudentia uniuersaliter seu ἀπὸλῶς sumpta, particularem moderans nihil aliud est, quam νῆς πρακτικὸς.

146. Sicut enim νῆς θεωρητικὸς suppeditat principia ratiocinatrici animæ facultati demonstrationem theoreticam, id est, scientiam architectanti: ita mens practica seu prudentia uniuersalis eidem suggerit fundamenta, practicas conclusiones parturienti.

147. Hæc communis & generica omnium prudentiæ specierum ratio ex obiecti identitate ostenditur; omnes etenim versantur circa τὴν ἔχαστα, καὶ τὰ καθέκαστα, partim ut agenda cognoscant, partim ut acta diiudicent, in quib. duobus & ipsa prudentia καθόλου seu generica occupatur, unde κατ' ἐξοχὴν εὐβελία dicitur.

148. Εὐβελίας huius ratio, partim consistit in deliberatione contrahendorum negotiorum, partim in discretionem iuris & iniuriæ iam contractorum negotiorum.

149. Sunt autem species istæ quatuor hæc: prudentia generaliter dicta: de futuris consultans, βελδοπικὴ ἢ Ἰππιπτικὴ existens. σωέσις rigide iu-

gide iudicans de praeiis: γωμη, equitatem adhibens in voluntarijs contractibus: συγγωμη in ἀκσίσι, moderatam ferens sententiam.

150. Rectè quidem ex obiecti identitate quatuor prudentia specierū, inducitur earundem generica communis ratio. Sed thesis obscura admodum & dubia videtur, ideoq; demonstranda nobis: primò igitur de σωέσι & γωμη: postea de mente.

151. Ratio igitur conuenientiam illam probans hac est, quod versentur circa τὰ περατὰ: cum autem τὰ ἐχάτα prudentia obiectum existentia verè sunt περατὰ, omninò conueniunt obiectis.

152. Differunt tamen modo consultandi εὐβελῆ seu Φρόνημα in genere consilia agitat, tam rei peracta quàm suscipienda, σωέλῆ tantum de praeiis, & quidem iuxta rigidam legis enunciationem.

153. Similiter γωμη, item συγγωμη de praeiis negotijs sententiam ferunt. Vtraq; moderatam, sed illa de voluntariè, hac de inuoluntariè contractis.

154. Hac obiecti identitas cum prudentia obscurior est, minusq; verisimiliter de mente affirmatur, cum huius obiectum sit νοητὸν εἶδῶ prudentia verò τὸ περατὸν.

155. Ut igitur assertio nostra constet, dicimus mentem esse duplicem: unam theoreticam, alteram practicam, illa τὰ νοητὰ ὄντα, hac τὰ περατὰ apprehendit, omninò igitur vtrius περατικὸς conuenit obiecto cum prudentia.

156. Sicut enim mens theoretica circa νοητὰ εἶδη occupata scientiam parit: ita practica versans circa τὰ περατὰ ὄντα actionem prudentem gignit.

157. Vtraq; ex immotis principijs, Theoretica ex primis, practica ex ultimis deducitur, sicut enim nullius rei apprehensio potest scientia appellari, nisi à primis notijs sit deducta, ita nec prudentia est dicenda, qua non peruenitur ad ultimum, quod verè est περατὸν ἀγαθόν, quia finis prudentiae est actio (quae ab ultimo incipit) sicut scientiae finis est scire, cuius principium est περὶ ὅτι.

158. Cum igitur mens practica vim suam in eo exercent, ut apprehendat principia practica sanè obiecti respectu conuenit cum prudentia, sed

ria, sed respectu principiorum duplex est, una theoricæ altera practicæ.

159. Hæc principia nomine quidem generali conueniunt, dicuntur enim ὅροι, id est, termini, quia neutri menti data est, in inquisitione veri ulterius, vel alius ascendendi facultas, sed in illis tanquam metis, humanæ curiositati præfixis diuinitus, subsistendum est, quæ enim omnis ratiocinationis sunt principium, illa naturaliter percipit mens.

160. Dupliciter tamen hi termini differunt, primò essentia ratione: scientiarum enim, seu mentis theoricæ ὅροι ἀκίνητοι, id est, immobiles sunt, & constantis veritatis. Actionum verò, seu practicæ mentis ὅροι minus certi sunt, unde ἐνδεχόμενοι à Philosopho vocantur. ratio est, quia illi quoad menti, ut Νόντα εἶδη insunt, considerantur: hi verò, quatenus materie sensibili, in horam mutabili existenti, iuncti sunt, contemplatione prudentis concipiuntur.

161. Secundò differunt apprehensionis modo, principia enim seu ὅροι scientiarum primò occurrunt menti, natura eorundem habili existenti, sed actionis principia inolescunt eidem ultimo. Vnde illos primos, hos verò ultimos terminos vocat Aristoteles inquiring: τῶν πρώτων ὁρων καὶ τῶν ἐσχάτων ὁ Νῆς ἐστὶ, id est, primorum & ultimorum terminorum mens est.

162. Principium igitur seu causa, unde mens prudentis ultimi huius termini practici inueniendi ratiocinationem exorditur, est finis à prudentia vniuersali constitutus: sit (exempli gratia) pax, huius ut compos euadat consultor, & species eius possit esse in subiecto, ratio quædam & via extat, cuius spatia animo consultante dimeuens prudens, occurrit ei primò virtus, hac enim nauiter culta, pax & concordia florebunt. Virtutis autem studium vigeat, si boni præfuerint, ut præsent à teneris morum officijs assuefaciendi sunt adolescentes.

163. Hoc ipsum nec ulteriori dependet causa, nec aliquo notiore intelligitur principio, sed quale sit mente practicæ percipitur, unde ἐσχάτων seu extremum dicitur, consultationem etenim terminat: Et quia agendi exordium inde sumitur, verè πρῶτον est, & ita simul principium finientis cause, ad quam etiam præscripto prudentiæ peruenitur.

164. Nihilominus tamen extremum hoc intellectu practico apprehensum

hensum colligitur, quoad inest rebus numero discrepantibus per indu-
ctionem, κατὰ μέγεθος, particularium sensuum ope.

165. Concurrunt igitur in qualibet boni practici consequendi con-
sultatione duo: primo sensus particularis, comperiens in rebus singulari-
bus veritatem τὸ ἐχόντων: Deinde sensus communis, seu ὁὐδὲν περὶ ἀνθρώπων,
ex plurimis singularibus observatis, τὸ ὄλον efficiens, id est, uniuersali-
ter cognoscens veraque iudicans, qua sensu particulariter praecognita e-
rant. Vterque igitur habitus, Φρονήσις generaliter sumpta, & mens pra-
ctica materiali seu obiectiua causa conueniunt.

166. Haec autem mens nihil aliud est, quam inferior anima intelli-
gentis facultas, sensibus sese iungens, seu est ipsa Theorica mens, aliter
sese habens, extra sese quippe eminens, ad sensus particulares, horumque
adminiculata ope, τὸ ὄλον per inductionem colligens.

167. Eadem haec communis prudentia ratio inest etiam singulis suis
speciebus, respectu efficientis cause, quod inde apparet: primo, quia ut
ipsa potius inest natura, quam discendo acquiratur, ita & species eius
primis ferè naturae datis annumerantur, quod de mente practica auto-
ritate Aristotelis rectè ita asseritur, vocantis eam Φυσικὴν Φρόνησιν,
item ἀνώγειον seu insitam acrimoniam, consultatione inueniendi obla-
tum finem constituentia principia, cum reliqui habitus Δεινοσητεία, sci-
entia, ars, sapientia, discendi progressionem ἔρεσιν, & αὐξήσιν τὸ πλεῖστον ἐ-
χωσιν.

168. Praeterea quia utraque tam generaliter sumpta prudentia, quam
specialis sequatur naturales corporis habitus, seu mutationes, etatem
scilicet, quae veluti mensura est, naturalis vitae cursus, sic in pueris nul-
la, in iuuenibus aliqua, in viris matura, in senibus confirmata reperi-
tur prudentia, finem aliquem constantem & laudabilem eligendi, ad
quem tota vita ut praefixum scopum sit dirigenda: quod prudentia uni-
uersalis est: Sicut iidem etiam mediorum eundem constituentium soli
εὐστοχαστεία sunt, non etiam pueri, quod specialis prudentiae munus est.

169. Rectè igitur monet Aristoteles senum & longa experientia pe-
ritiorum pronunciatum, non minus in practicis tribuendum esse, quam in
Theoricis, principijs uniuersalibus: longa enim experientia videntur

D prudentia

prudentiam tanquam alterum oculum consecuti, ut principia rerum
agendarum videre potuerint.

170. Quod autem de mente practica diximus, etiam de σοφία, item
γνώμη, & συγγνώμη intelligi volumus.

De usu utriusque habitus sapientiae & pru- dentiae.

171. De usu tam sapientiae, quam prudentiae paucis agendum, viri-
usq; enim vis & commoditas à Sophistis impugnatur hoc argumento,
quod nihil momenti habeant ad bene beateq; vivendi rationem. sapien-
tia enim, neglecta officij & virtutis cura, mentis solummodo aciem in-
telligendi acrimonia informat. Prudentia verò eisi videtur ad beati-
tudinem conferre, dum βέλδιον, seu virtutis propositum in honesti offi-
cjs dirigat, tamen nihil momenti illi videtur inesse, ad actiones vir-
tutum.

172. Primò enim dicunt prudentiam nihil prodesse habitum vir-
tutis possidentibus, quia hi nihil expeditius officium colunt praediti pru-
dentia, quam eiusdem expertes: Est q; virtutis ratio tota in actione po-
sita, sine extrinseci alicuius accessu, perinde ut corporis constitutio sa-
na, sola εὐεξία definitur, citra medicae scientiae accessum.

173. Neq; etiam virtutis habitum destitutus aliquid opis confert ad
virtutis officia suscipiendum, cum legum, ac praceptionum iussis agen-
da & intermittenda comprehensa sint, sicut nec corpore agris, ad vale-
tudinis recuperationem medica scientia necessaria est, cum quilibet
medicorum regulas ac praescripta observando, sanitatem recuperare o-
missam, vel presentem tueri possit, etiamsi ipse salubrium, & non salu-
brium ignarus sit.

174. Hec eisi veri apparentiam quandam habeant, penitus tamen
inspecta, falsa sunt. primo enim perfectiones quaedam sunt duarum ani-
mae partium, sapientia τὴ Ἰπιστημονία: prudentia τὴ σοφία.

175. Deinde conducunt etiam ad actiones vitam beatam efficientes,
sapientia enim τὸ κατὰ τὸ ἄλλο bonum, id est, finem seu bonum ipsum consti-
tuit: prudentia verò actiones singulares moderatur, ad finem ipsum per-
ducentes, utraq; igitur ad beatitudinem conducunt. Quod

176. Quod autem ut sanitas corporis, eiusque actiones sana, absque scientia Medica artis existunt: ita etiam anima sanitatem, id est, probitatem absque prudentia & sapientia existere inducant Sophista, dolose id agunt.

177. Sanitas enim medica arti, ut effectiuo principio tribuitur. Sed sapientia constituit anima sanitatem formaliter, perinde scilicet ut sanitas corpori iam inherens, sanum id ipsum efficit. Non enim sufficit ad virtutem, ut ipsa recta sit, ἀλλ' ἐὰν ὁ περὶ αὐτῶν τῶς ἔχῃ, nempe ut intelligat quid, cur, quomodo agendum sit, quod sapientia ei confert.

178. Prudentiae itidem insignis usus est ad beatitudinem, sicut enim sapientia finem rectum τῆ ὀρεξῆς proponit, eumque ad honesti desiderium conuertit. Vnde Arist. sicut ὀρεξῆς ὀρθὸν σκοπὸν ποιεῖ: ita prudentia τῆ ὀρεξῆς, id est, virtuti media suggerit idonea, ad scopum perueniendi, & sic in una actione ethica duo concurrunt, ὀρεξῆς ὀρθή, id est, virtus ethica, deinde hanc moderans ὀρθὸς λόγος, quae Φρόνησις dicitur. Hinc Arist. ἢ μὲν ὃ δέρεται τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθὸν, ἢ δὲ Φρόνησις τὰ πρὸς τῶτον.

179. Virtus igitur sola τὸ εὖ εἰρησὶ commendatur, composita ex mente, & ὀρεξῆς gemina, una ipsius finis, quam sapientia dirigit, altera τῶν μέσων, quam gubernat prudentia.

180. Summatim dicendo, actio seu virtus non ipsa actione estimanda est, sed proeresi, à sola sapientia dependente, haec enim efficit solum, ut ὀρεξῆς honesta appetat, sed ut artis medijs insistatur, Φρόνησις, seu ὀρθὸς λόγος facit, omnia quippe media explorans, per quae finis τῆ ὀρεξῆς, id est, ethicae virtuti propositus acquirendus sit: Hoc vult Arist. inquiring, ea disquirere, quae illius (finis) gratia agi consueuerunt, οὐκ ἐστὶ τῆς δέρετης, ἀλλ' ἐτέρας δυνάμεως.

181. Sed ut exactissime intelligi possit, quomodo prudentia conferat ad ethicam actionem, utraq; distinguenda est. Prudentia enim alia cuiusque per naturam insita est, diciturque δυνάμις, latine forsitan acrimonia: alia verò usu & observatione acquisita, haec proprie dicitur Φρόνησις.

182. Sic & virtus alia naturalis est, seu φυσικὴ ἀρετὴ, naturae quaedam bonitate ad honesta propensa: Altera usu & consuetudine inducta, diciturque κενία ἀρετὴ, à qua etiam boni, & mali denominantur, prout
diuersi

diuersi sunt, ab illa non item, sed tantum felicius, aut infelicius nati, quia actiones quas edit, non sunt proæreticæ seu voluntariæ sed brutæ.

183. Prudentia igitur ad virtutem physicam parum, aut nihil confert, sed apprimè utilis est ad virtutem Ethicam, seu $\delta\epsilon\epsilon\tau\omega\upsilon\ \kappa\upsilon\epsilon\iota\alpha\upsilon$, quia hæc, nisi prudentia in finis honesti adipiscendi studio gubernetur, vel alucinabitur, vel in proposito elanguescet. $\epsilon\sigma\iota\nu\ \gamma\delta\ \eta\ \kappa\alpha\kappa\iota\alpha\ \Phi\theta\alpha\pi\tau\iota\ \kappa\eta\ \tau\eta\varsigma\ \delta\epsilon\chi\eta\varsigma$. Prudentia autem non modo monstrat idonea media, sed assidua etiam honesti persequendi monitrix est.

184. Præterea nemo boni viri numeros omnes implere potest, nisi prudentia cernente quid agendum, & cur hoc vel illo modo, & non aliter agat clarus existat, aliàs etenim moratus benè, vel malè dicitur: ipse verò actiones mores, non etiam virtutes vocantur, sicut prudentia, virtuti huic auulsa, non prudentia, sed vafricies, caliditas, & $\pi\alpha\upsilon\sigma\pi\upsilon\iota\alpha$ dicitur, Cacodæmonum & perditorum spirituum indoles, & character proprius.

T E Λ Ο Σ.



56676


AB: 56676

ULB Halle 3
003 261 476



56.






No 40

No 40





B.I.G.

Farbkarte #13

THESES ETHICÆ,

DE PRVDEN-
TIA ET COETERIS ANI-
MAE HABITIBVS THEO-

RICIS, DISPVTANDAE PRO-

positæ Helmstadij, 21 martij 1697

A

M. OVENO GVNTHERO PROFESSO

RE ARISTOTELICO IN INCLYTA

Academia Iulia,

Respondente

HARDVICO BRINCKMANNO SCHE-
ningensi, artium Magistro.



M. M. M. M.

HELMSTADII
Ex Officina Typographica Iacobi Lucij.
Anno M. D. XC.

